

INTROIT Psalm 26: 7-9

Exáudi, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te, allelúja: tibi dixit cor tuum, quæsívi vultum tuum; vultum tuum, Dómine, requíram: ne avérstas fáciem tuam a me, allelúja, allelúja. (Ps. 26: 1) Dóminus illuminátio mea et salus mea: quem timébo? V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Exáudi, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te, allelúja: tibi dixit cor tuum, quæsívi vultum tuum; vultum tuum, Dómine, requíram: ne avérstas fáciem tuam a me, allelúja, allelúja.

COLLECT

Omnípotens sempitérne Deus: fac nos tibi semper et devótam gérere voluntátem; et majestáti tuæ síncéro corde servíre Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 Peter 4: 7-11

Caríssimi: Estóte prudéntes, et vigiláte in oratiónibus. Ante omnia autem, mútuam in vobismetípsis caritátem contínuam habéntes: quia caritas óperit multítudinem peccatórum. Hospitáles ínvicem sine murmuratióne: unusquisque, sicut accépit grátiam, in altérutrum illam administrátes, sicut boni dispensátóres, multifórmis grátiae Dei. Si quis lóquitur, quasi sermónes Dei: si quis mínístrat, tamquam ex virtúte, quam administrat Deus: ut in ómnibus honorificétur Deus per Jesum Christum Dóminum nostrum.

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. V. (Ps. 46: 9) Regnavit Dóminus super omnes gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam. Allelúja. V. (Joan. 14: 18) Non vos relínquam órphanos: vado, et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúja.

GOSPEL John 15: 26-27; 16: 1-4

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Cum vénerit Paráclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spíritum veritátis, qui a Patre procedit, ille testimónium perhibébit de me: et vos testimónium perhibébitis, quia ab initio mecum estis. Hæc locútus sum vobis, ut non scandalizémini. Absque synagógis fácient vos: sed venit hora, ut omnis, qui intérficit vos, arbitrétur obséquium se præstáre Deo. Et hæc fácient vobis, quia non novérunt Patrem, neque me. Sed hæc locútus sum vobis: ut, cum vénerit hora eórum, reminiscámini, quia ego dixi vobis.

OFFERTORY Psalm 46: 6

Ascéndit Deus in jubiliatióne: et Dóminus in voce tubæ, allelúja.

SECRET

Sacrificia nos, Dómine, immaculáta puríficent: et méntibus nostris supérnæ grátiae dent vigórem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE FOR THE ASCENSION

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum, Dóminum nostrum. Qui post resurrectionem suam ómnibus discípulis suis manifestus apparuit, et ipsis cernéntibus est elevátus in cælum, ut nos divinitátis suæ tribúeret esse partícipes. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

COMMUNICANTES FOR THE ASCENSION

Communicántes, et diem sacratíssimum celebrántes, quo Dóminus noster, unigénitus Fílius tuus, unitam sibi fragilitátis nostræ substántiam, in glóriæ tuæ dextera collocávit: sed et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Virginis Mariæ, Genetrícis eúsdem Dei et Dómini Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Virginis Sponsi, et teatórum Apostolorum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis, et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiani: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsq; concédas, ut in ómnibus protectionis tuæ muniámur auxilió. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

COMMUNION John 17: 12-13, 15

Pater, cum essem cum eis, ego servábam eos, quos dedísti mihi, allelúja: nunc autem ad te vénio: non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo, allelúja, allelúja.

POSTCOMMUNION

Repléti, Dómine, munéribus sacris: da, quæsumus; ut in gratiárum semper actióne maneámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Hear, O Lord, my voice with which I have cried to Thee, alleluia. My heart hath said to Thee, I have sought Thy face, Thy face, O Lord, I will seek: turn not away Thy face from me, alleluia, alleluia. (Ps. 26: 1) The Lord is my light, and my salvation: whom shall I fear? V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Hear, O Lord, my voice with which I have cried to Thee, alleluia. My heart hath said to Thee, I have sought Thy face, Thy face, O Lord, I will seek: turn not away Thy face from me, alleluia, alleluia.

Almighty and everlasting God, make us ever bear a devout affection toward Thee, and with a sincere heart to serve Thy majesty. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, be prudent, and watch in prayers. But before all things have a constant mutual charity among yourselves; for charity covereth a multitude of sins. Using hospitality one toward another, without murmuring: as every man hath received grace, ministering the same one to another; as good stewards of the manifold grace of God. If any man speak, let him speak as the words of God. If any man minister, let him do it as of the power which God administereth; that in all things God may be honored through Jesus Christ, our Lord.

Alleluia, alleluia. V. (Ps. 46: 9) The Lord hath reigned over all the nations; God sitteth on His holy throne. Alleluia. V. (John 14: 18) I will not leave you orphans: I go and I come to you, and your heart shall rejoice. Alleluia.

At that time Jesus said to His disciples: When the Paraclete cometh, Whom I will send you from the Father, the Spirit of truth, Who proceedeth from the Father, He shall give testimony of Me: and you shall give testimony, because you are with Me from the beginning. These things have I spoken to you, that you may not be scandalized. They will put you out of the synagogues: yea, the hour cometh, that whosoever killeth you will think that he doth a service to God. And these things will they do to you, because they have not known the Father, nor Me. But these things I have told you, that, when the hour shall come, you may remember that I told you.

God is ascended with a shout, and the Lord with the sound of a trumpet. Alleluia.

May this spotless sacrifice, O Lord, purify our souls, and imbue us with the strength of grace from on high. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Who, after His Resurrection, appeared openly to all His disciples, and, while they looked on, was taken up into heaven, that He might grant unto us to be sharers in His own divinity. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Communicating, and keeping the most holy day on which Thine only-begotten Son, our Lord, set at the right hand of Thy glory the substance of our, frail human nature, which He had taken to Himself and also reverencing the memory, first, of the glorious, ever Virgin Mary, Mother of the same Lord and God, Jesus Christ: as also of blessed Joseph, spouse of the Virgin, of the blessed apostles and martyrs Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon, and Thaddeus: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy saints, through whose merits and prayers grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

Father, while I was with them, I kept them whom Thou gavest Me, alleluia; but now I come to Thee; I pray not that Thou shouldst take them out of the world, but that Thou shouldst keep them from evil, alleluia, alleluia.

As we have been filled with heavenly gifts, O Lord, grant, we beseech Thee, that we may constantly persevere in thanksgiving. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.